

verunt, et ad confirmandum manus suas posuerunt.

Signa \*\*\*\*\* manuum Ariperti, Olderici, Joannis, Asprandi, Burli, et Canonis testium, et quamplurimæ aliæ personæ quæ ad hoc vocati (*ita cod.*) sunt.

Ego Vualpertus humilis archidiaconus et cancellarius sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ et præsentis sacri (*ita cod.*) synodi de mandato suprascriptorum Patrum hoc iudicatum venerabilis patris domini Attonis episcopi Vercellarum scripsi, tradidi, et subscripsi.

Ego Lambertus notarius sacri palatii et missus dominorum Hugonis et Lotharii piissimorum regum, una cum suprascripto domino archidiacono tradidi atque subscripsi.

Ego Petrus, qui dicor Rabbus, notarius domini Henrici imperatoris suprascriptum iudicatum domini Attonis episcopi Vercellarum ab eo pronuntiatum in synodo Mediolanensi et subscriptum, ut supra fideliter exemplatum per infrascriptum Rogerium Bonafidem notarium ab originale prædicti iudicatus, quod apparet fuisse tribus sigillis munitum, primum quorum erat dominorum regum, alterum cum sanctis Petro et Paulo, et tertium cum sancto Ambrosio sed antiquitate quasi consumptum, cum ipso originale, ut plurimum marcido, ut vix difficulter legi possit, diligenter concordavi, ro-

gatus a venerabili domino Ambrosio dicto de Vicomercato abbate monasterii sancti Ambrosii, ubi ejus sanctum requiescit corpus; instante etiam domna Columba abbatissa monasterii Majoris Mediolani: et hoc de mandato domni Joannis dicti de Rusca honorabilis potestatis civitatis et communis Mediolani, præsentibus dicto Bonafide, T. Senago, Jo. Coalia, J. Canova, A. Lomatio, notariis, atque Thoma dicto Crasso, et Rufino Corbo juris peritis, ac Ossa de Osis, Petro dicto Bellabucca, Comasino de Cremis, Joanne Marcellino, Vidone vicecomite, testibus: et quia concordare inveni, præter litteras plus minusve, mea manu subscripsi.

Ego Tebaldus, qui dicor de Sunago, notarius hoc transumptum quia fidele inveni me subscripsi.

Ego Joannes, qui dicor Coalia, notarius sacri palatii prædicto transumpto interfui, et quia concordare inveni, ut supra, de mandato me subscripsi.

Ego Joannes, qui dicor de Canova, imperialis notarius hoc transumptum fideliter concordavi, et [quia] uniforme cum originale inveni, me subscripsi.

Ego Anselarus, qui dicor de Lamatio, notarius cum supradictis notariis hoc transumptum examinaui, et quia concordare inveni, me subscripsi.

## APPENDIX AD ATTONEM.

### FRAGMENTUM VETERUM PRECATIONUM, IN FORMA LITANIARUM, IN HONOREM S. EUSEBII.

(Ex cod. Othonis.)

..... factus est Eusebius, et Christianæ legis maximus. Exaudi nos.

..... Omnes sacro sibi suscepit, et præsul factus Vercelles directus est. Exaudi, etc.

..... Hæresiarca quæ cum esset civitas dure pastorem orthodoxum spreverat. Exaudi, etc.

In S. Templo Mariæ se obstruunt, doctor ad eos ne intret catholicus. Exaudi, etc.

Charus sed Deo signo crucis fregerat vectes et seras, et intravit januas. Exaudi, etc.

..... de luce consubstantialiter prædicans multos instruxit fideliter. Exaudi, etc.

Mox sed tyrannus callide Constantius synodum dictat in urbe metropoli. Exaudi, etc.

..... Minorem in qua Patris Filium temere pulsant scribere catholicos. Exaudi, etc.

..... Occurrere præsul et ad fluminis moratur ora cum unda. . . Sicidæ. Exaudi, etc.

Navis, quæ erat ad alteram ripam ad eum sola quia jusserat. Exaudi, etc.

Ut facto celere it Mediolanum ad configendum cum tyranno. Exaudi, etc.

..... Nec suasionibus cessit, tunc vinctus conditur exilio. Exaudi, etc.

..... Tyrannus sed postquam est mortuus, pastor ad caulas reversus est proprius. Exaudi, etc.

..... Avidos invenit Ariani dogmatis, ut jam cum paucis degeret catholicus. Exaudi, etc.

Verum cohors ruit in pontificem; mortem dederunt prædicandi vivere. Exaudi, etc.

..... Sic sanctam tunc reddidit animam, hic sepulture locus manet celebrer. Exaudi, etc.

..... Sesultat et pollet miraculis, tristes levantur et languentes inibi. Exaudi, etc.

..... Hunc rogare pariter ut intercedat pro nobis ad Dominum. Exaudi, etc.

### NOMINA PLEBIUM EPISCOPATUS S. EUSEBII.

(Cod. Vatic. 4322, ad calcem epistolæ Attonis ad Waldonem.)

† Prodobio, Cozzo, Martyri, Mediolano, S. Evasii, Rusciniانو, seu Cassiani, Castello Turris,

Montigio Pini, Duperia, monte Calano. Balzola, Tridino, Cornetæ, Medæ, Palaciolo,